circo multa nequiter agūt: qui se hic viuere diutius arbitrant̃. iusti vero quia breuitatem vite sue considerāt: elationes et īmundicie culpas declinant. De breuitate huius vite dic̃ btūs iacobus. iiii. ca. canonice sue. Quid est vita nr̃a nisi uapor ad modicū parēs: de inceps exterminabit̃. Et augu. Vita homīs ita breuis ē ab infantia usq; ad decrepitā senectutē. adam si adhuc viueret et hodie moriret̃: quid illi longitudo vite ꝓfuisset. Idem quicquid tpe viuit̃ de spacio viuendi denuntiat̃, ut oīno nihil aliud sit vita pn̄s: q̄ cursus ad mortē. in quo nemo stare paululum, uel tardius ire pmittit̃. sed vrgent̃ om̄s pari motu singulis diebus facere dietā ad corporis mortem. Seneca. Quotidie morimur: quia quotidie demit̃ aliq̄ pars vite. Ecce dilectissime si bene te inspexeris, et uerba tibi iam dicta ac etiā postea scribenda cordis auribus diligenter pceperis: potius deberes dicere. uado ad moriēdū: q̄ crederes p longū tempus viuere. et forte diceres hec uerba ultīa: uado ad moriendū. tu aūt estimas diu viuere et hec tpalia bona et mūdana gaudia annis multis in deliciis possidere. sed carissime nō sic. homo enī (ut ait psal.) vanitati similis factus ē: dies eius sicut vmbra pretereūt.

De falsa mundi gloria, potentia, et dignitate, et caducis eius diuitiis cōtemnendis Ca. quintū.

Ubi sunt pncipes gentiū qui dominantr sup bestias q̄ sunt ī terra. qui ī auibus celi ludunt. qui argentū thesaurizāt et aurū in quo cōfidunt homines, et nō est finis acquisitionis eoꝝ. extermiati sunt: ad inferos descenderūt, et alii in loco eoꝝ surrexerunt ut scribitr baruch. iii. Et hec uerba ptractans in somnis suis sic ait. Vbi sunt insupabiles oratores. ubi qui cōueniētius festa disponebant. ubi equoꝝ splēdidi nutritores. ubi exercituū duces. ubi satrape et tyranni. nonne om̄es puluis et fauille. nōne in paucis uersibus est eoꝝ mēoria vite. respicito sepulchra eoꝝ et videte quis seruus, quis dn̄s, quis diues, quis pauper. et disce si potes villicum a rege, fortē a debili, pulchrū a deformi. Sciēdum ē ꝙ hūana gloria ex quacūq; re ꝓueniat est fugienda. pmo quia vilissima est ī sua ꝯditione. scd̄o quia falsissima ī promissione. tertio quia uanissima et fragilissima in duratione. q̄rto quia malignissima in retributiōe Dico pmo ꝙ mundana gloria nobis ē ideo fugienda. quia vilissima et hoc de sua natura. scribitr enim. i. machabeoꝝ. ii. gloria eius

ſtercus et uermis. hodie extollit̃: cras nõ in-
uenit̃. Quid in rebus ſtercore deteſtabilius:
quid ĩ aĩalibus uerme vilius: ergo ſi inanis
gloria hoĩs in ſtercore et uerme ꝯſiſtit homi
nibus nõ eſt appetẽda: ſed fugiẽda. Eſt aũt
mũdi gloria putrido ligno ſimilima: de quo
pħus docet et experientia comprobat̃ ꝙ de
nocte lucet: ſed putridũ appet in die. Quid
enĩ ẽ putridũ hominẽ uana gloria de nocte
lucẽ hr̃e niſi ĩ hoc tempe(qđ nocti vmbroſe
eſt ſimile)glorioſus incedere, et luminoſus
ĩnfirmis oculis appere qui nõ pñt niſi ſcđm
ea que foris ſunt iudicare. ſʒ qñ dies iudicii
aduenerit ĩ quo deus illuĩabit abſcondita te
nebrarũ et manifeſtat conſilia cordiũ. tunc
qui nũc vident̃ glorioſi: apparebunt putridi
viliſſimi, et penitus nõ curandi. Item tales
mundi potẽtes ſunt lucipete ſimiles que uo
lando in nocte lucet: et in die latet, ac tota
nigra apparet. O ſi hec attenderẽt qui in ca
ducis ſuis diuitiis gloriant̃ quicũqꝫ quadã fe
tiditate carniſ(poſtmodũ reuerſure ĩ cinerẽ)
nobilitate, potentia, et dignitate extollũtur:
et cõtemnẽdo alios deprimũt, qui in futuro
viliſſimi, nigri, et putridi apparebũt: nõ pu-
to quin modo cordialiter deteſtarent̃ gloriã
huius mundi tempalem hoc ſciẽtes ꝙ im-

211

possibile est(sicut dic̄ hiero.) ut homo ī celo et in terra appareat gloriosus. Secūdo dicebat꞉ ꝙ gloria mūdana ē nobis fugiēda. quia est fragilissima: nec est ulla stabilitate firmata. sic nanqꝫ est defectiua ut quelibet uaporosa, uel fumosa substantia. fumus enī quāto plus se in altum erigit: tanto plus desinit donec penitus euanescit. flos magni odoris et ad tempus innumerabilis uenustatis: ad modicum tactū uenti uel solis arescit, et omnis gloria eius perit. sic: mundi gloria. Isaie quarto. Omnis caro fenū, et omnis gloria eius sicut flos feni. exaruit fenum et flos cecidit et omnis gloria eius perit. Amatores ergo huius tempalis glorie similes sunt feno tectorū: quod priusq̄ euellatur exaruit. vnde ecclesiasticus. Omnis potentatus, omnis vita rerū est hodie: et cras morietᵘ. nam ubi est nūc gloria regis assueri qui ꝑ cētum et viginti ꝓuincias imperabat. ubi illius gloria magni alexandri: in cuius cōspectu omnis terra siluit. machabeoꝝ pᵃmo. ubi nunc gloria totius imperii: quod admodum fere omnia regna terre perdomuit. ubi sunt pᵃncipes mundi qui dominabantᵘ supra bestias nōne omēs tam peregrini q̄ hospites vnius

diei ueloci fine transiuerūt: uere sic. nam
vnus ex eis nō remansit: quia i uanitate de
fecerūt dies eorꝝ, et anni eorum cum festi-
natione. nam cum viuere mori: mors nulli
parcit honori. Mors fera morſ nequā morſ
nemini parcit vnquā. Et dat cunctis legem
tollit cū paupere regem. Tertio mundana
gloria ē nobis ideo fugienda, quia falsissima
nulli seruans promissa: sed omēs homines
fallens in via. quem enī impatorꝝ, quē pn-
cipum nō decēpit. longam enī et honorabi
lem vitam, pacificam, et securam potētiam
promittit suis: cum vnū momentū tempo-
risvite addere nō possit. Quis in temporali
gloria alexandro similis, qui vnquā ullum
bellum perdidit: sed cū paucis multitudinē
deuicit. nullam ciuitatē obsedit: quā non ce
perit. nullam ꝓuinciam inuasit: quā nō sue
dominationi submiserit, et tamē quādo om
nia se subiugasse credidit, et pacifice vitā du
cere sperauit: tunc in momento ueneno de
periit. quid igitᷣ hanc mundi gloriam sequa
ris: a qua in morte iuuari nō poteris. vnde
petrus blesensis in quadam epistola. Gloria
mundi fallax et seductoria, suos decipit a-
matores. quicquid enī uel in futuro ꝓmit-

tit, uel in presenti pretēdit: totū ad nihilum deueniet tanquā aqua decurrens. Quarto mnudana gloria nobis est ideo fugienda, et cōtemnenda: quia malignissima in retributione. quia nō perducit ad gloriā: sed penā et confusionē sempiternā. vnde ozee q̄rto. Gloria in ignominiā seu confusionē: potentia in impotentiā: sapientia in stultitiam: et omnis dilectio in maximā penam. nam et iuxta mensuram culpe: erit mensura pene. hierony. enim illos alloquit temporalis glorie amatores dicens. Ve ue uobis qui ad celorum regna diuitiarū itinere festinatis: qm̄ facilius est camelum intrare p foramē acus q̄ diuitem intrare regnū celorum. non mea hec uerba sunt: sed christi. si hec reuocabilis est sententia: christus omniū non est deus. celum inquit et terra transibunt: uerba aūt mea nō transiēt. Vlulate o uos miseri uēto instabilis fortune. nobiles et potētes qui alios ꝯfunditis, et tanquā ignobiles cōculcatis, et huius mundi uanitatibus, honorumq; et falsarum dignitatum fumo obcecati: cum uestre vite breuissime tela morte uelut a texente forte hac nocte scindētur in inferno fine interminabili pre aliis cruciabimini

cõtinue moriendo viuẽtes in laboribus hominũ. in mundo nõ estis: imo nõ solum cũ hominibus labores nõ fertis: sed et laborantes viuere nõ pmittitis. idcirco nõ cũ hominibus: sed cũ diabolis flagellabimini. quãto enĩ in mundo maior fuerit gloria et letitia: tanto in inferno prepata pena. Sed quid dicã. duodecim fatemur christum apostolos elegisse: quorꝝ omniũ vnus solus bartholomeus carnis origine fuit nobilis, et scũs matheus diuitiis (antequã reciperet apostolatũ) insistebat. ceteri uero erant paupes piscatores. Cur hec retuli audiatis. si christus est uerax et omnia que ex ore eius audiui: mẽdacia nõ sunt. huius mundi hominũ vix vnus aptus reperit᷑ sub nube qui uere eorum vite mũde credat: sed post modicũ tempis ĩ tormẽtis sentient se positos. Sed forte quis ueritatis lumine cecus mirabit᷑: ad quem ego si ex hoc me interrogaret responderem. nõne vnico credimus damnari hominẽ mortali peccato. sed si hoc inquiet: ita ẽ. vix saluabitur vnus de centũmilibus. sed quid diues et mortalis fame aura pastus: aliud est ꝙ quoddam omniũ peccatorꝝ uas putridũ, ubi supbia ẽ, ubi luxuria, ubi auaricia. nõne

in diuitibus, nobilibus, potentibus. nōne et latrones sunt qui pauperū mercedem violēter depredantur et eos deprimūt atq; necāt quod ex ubertate domus domini faciūt qui ut pauperibus necessaria ordinarēt: receperunt. Certe superfluitatem uestimentoꝝ superfluitati ruine addunt, de paupibus frigore et nuditate morientibus nō curantes: palacia et magna erigūt edificia: ut humanis oculis contemplenť, et pauperes in plateis moriantť incōmodis. cōuiuia aliis frequēter preparāt diuitibus ut ferculis delicatissimis suam uentris repleant ingluuiem: quibus pauperes fame pereūt. quid aliud est q̄ peccata vita eorum: si uenter repletus est tanta ciborum copia: nōne adest ad fores luxuria quid ergo amplius loquar. omniū enī mortalium lingua deficeret: ut peccata que fecerunt: intimaret, nec deum nisi somniando cognoscunt, nec se ut puto morituros arbitranť. ille enī facile in peccatis labiť: qui se moriturū nō cogitat, et deū sibi fore iudicē ignorat. vere nimis est imbecillis, et miser cui horum nō est memoria: si cuncta diabolica temptamenta nō facile vilipendit. idcirco uere dicam si deum suum iudicem uere

agnoſcerent et ſi ſeniori crederent: nō peccarent ſaltem tam ſecure. Cur hi miſerrimi da eccleſias properāt ut diuinis interſint miſteriis: an ut contemplent̄ mulierum ualorem. hec ſua meditatio/hec ſua predicatio/hec dei cognitio. ſic diuinam percunctātur legem: ut pecuniā/terras/et mare peragrantes crebris vigiliis et meditationibus ſibi et filiis ſuis diuitias congregent certantes. ueſtimenta ſua in ſocietate mira artificii uarietate frequenter mutent: qui et ludos haſtulādi/choreas/procatiōes/ebrietates/magna cōuiuia/ delicata fercula ſuis alternatim exhibeant ſodalibus: mulieres ad ſuam uoluptatem explendā ſufficienter habeant. Sed uere miſeri quid facitis: nō agnoſcitis/corpus ante tempus deſtruitis/et animā interficitis vnde infirmitates et mors tam intempeſtiua: niſi ex nimia ciborum copia/et frequenti mulierum uſu. deū deludere creditis: certe deluditis uoſmetipſos: ꝓ corpore obliuiſcimini animā: et ecce corpus cum aīa ante tempus deſtruitis. et ideo gaudete/iocundamini/et letamini ī hoc breuiſſimo temporis ſpacio quod habetis: ut poſtmodum cū diabolo ſine fine temporis lugeatis. Quid faci-

tis ne differatis, frequentissime uestimenta permittatis: ne forte dispereat nobilitas: ne sint qui uos excedant ut in inferno uerecūdiam recipietis et confusionē, ubi conuiuia, ubi delicata fercula, ubi vina preciosa et mixta aromaticis oppipere. epulemini & inebriamini: nō enī post mortem amplius hoc facietis: sed cum diuite qui quotidie epulabatᵉ splendida : in gehenna guttā aque minimā preoptabitis: nec habere poteritis. seminate in corruptione: et de corruptione colligetis in die iudicii cum uobis dicetᵉ. Ite maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo et angelis eius. Heu cor lapideū si illum diem expectas: diem terribilem et horribilem, ī quo nō solum de luxuriis, uestibus, ebrietatibus, et comessatiōibus, et de tempe omisso quo vixisti: sed etiā oportebit de qualibet locutione uana reddere rationē. Cur nō emendaris: cur moraris miser de die in diem ꝯuerti ad dominū. cur te iam maloꝝ non penitet ecce mors ꝑperat ut te conterat die nocteq̄ currens. ecce diabolus iam ꝑperat ut te recipiat. ecce diuitie tue tibi deficient. ecce uermes corpus qđ tanta nutris diligentia expectant vt illud rodant quousq̄ coniunctū aīe

cū illa pariter penas habeat infinitas. Quid errando per huius vitam seculi in uanitatibus petis solacia, diuitias, gloriam, et cetera tibi placita nō inuenies hic: quia hic nō sūt. sed si uera queris gaudia: ad illam celestem gloriam q̄totius propera. certe illa gaudia uera sunt. quia oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. dimitte queso caduca et mometanea: ut habere ualeas ppetua et eterna. Sed quid eis qui nec timore, nec dei amore, nec mortis, nec tormentorꝝ subsequentiū cū timore a peccatis cessant: sed dolent scʒ qꝛ(ut optant)prauam nō possunt ducere vitam. Ve ue miseri qui hic ridetis: quia plangetis. ue qui ista optatis tempalia gaudia: quia uobis inuitis sustinebitis tormēta infernalia. Ecce vobis restat modicū temporis: implete mensurā uestrarum miseriarum seu maliciarum: ut ueniat sup uos omnis indignatio diuina. fruamini hoc in paruo tempore iocis, et ebrietatibus, preliis, cōtentionibus, choreis, et procationibus: nec uacuū preterire tempus permittatis. quid moramini dum viuitis: cōgregate filiis uestris honores, diuitias, et potentias: uestram augmētate nobilitatem et famam, ut et filii uestri possint que fecistis explere:

quāto cū illis in inferno ampliora patiami-
ni tormēta. Sed forte quis dicet. Benignus
ē deus et misericors qui omnē peccatorem
ad se redeuntē recipit et indulget: uerū hoc
quidē esse fateor ꝙ benignior est dn̄s q̄ cre-
dit̄ et vnicuiq; parcit ad se (et cū decet) rede
unti. nōne benignissimus est dn̄s qui tantas
iniurias tolerat a pctōribus dans eis tempis
spaciū ut emendant̄. sed hoc noueris: quia
sicut benignus ē tolerando: ita iustus est pu
niendo. Sed quis iterū dicet: ꝙ vir qui toto
tpe vixerit minime benefecit: in mortis tn̄
articulo (accepta pn̄ia) a deo ueniā obtinebit
heu q̄ uana suspiratio et falsa meditatio. vix
de centūmilibus hoīm quoꝝ mala fuerit vi
ta merebit̄ indulgeutiā hr̄e vnus vir totus ī
peccato genitus et enutritus: qui non scd̄m
deū vixit nec cognouit, nec de eo audire vo
luit, nec se peccare agnoscit, nec quid pn̄ia
sit (nisi forte dormiendo) nouit, totus adhuc
secularibus īnodatus negociis: quē āgustia
premit filioꝝ quos deserit: quē infirmitas
cōterit, quē dolor diuitiarū et tpaliū bonoꝝ
ꝯcutit, cū eis nō posse amplius frui se cernit
quā a deo accipiet pn̄iam: quā nō accipet si
adhuc sanari crederet. certe ꝯcludā: qui dū

ſanus ē et iuuenis: deū offendere nō formidat, ī morte nō merebit̃ diuinā obtinere indulgentiā. q̄ nāq; eſt pnīa quā ſolā quis accipit: quia ſe viuere amplius nō poſſe cernit: qui ſi ex infirmitate conualeſceret: peior q̄ p̃us fieret. ſcio enī modicos pecunioſoꝝ in mortis articulo accepta pnīa cōualuiſſe corpore, et peioraſſe vita. hoc teneo, hoc uerū puto: hoc multiplici experiētia didici ꝙ eis non eſt bonus finis: quibus ſemp mala fuit vita. qui peccare nō timuit: ſed mūdi uanitatibus ſemper vixit. hec oīa hiero. Pro his omnibus dilectiſſime mi ſi recte ſaperes: ſi tecū lumen oculoꝝ eſt: contēne et relinque hec oīa, ſcȝ caducas mūdi diuitias, falſā eius gloriā ꝓpter eū qui ē ſup oīa. et quid ꝓdeſt homini ſi lucret̃ vniuerſū mundū: aīe vero ſue detrimentū patiat̃. ſcito te hominē & honorē huius ſeculi eſſe impedimentū gr̃e. et qđ deterius eſt: pemptoriū ſalutis et̃ne. quē enī legimuſ a ſecularibus deliciiſ ad eternas delicias demigraſſe. O q̄ fallax et vana ē gloria quā hoīes ab inuicē petunt et accipiunt, et gloriā q̄ a ſolo deo ē nō querūt. homo ſi aliis vult preferri: nōne collega ē qui dixit. Ponā ſedem meā ab aquilone et ſimilis ero

altissimo. sed cuius ascēdit cathedrā: eiusdē
timeat precipitiū et ruinā. Augus. O q̄ felix
q̄ beatus qui solo desiderio eternitatis mar-
descit, qui nec ꝓsperitate attollit᷑: nec aduer
sitate cassat᷑. et dū nil habet in hoc mūdo ꝙ
diligat: nil est in mundo qđ ptimescat. glo-
ria huius mūdi uihil aliud est quā quedā ua
na auriū inflatio. O ergo q̄tū excecatus es si
huius seculi gloriā queris. nā ut ait anselm⁹
Nō potes esse ī honore sine labore, in prela-
tione sine turbatione, in sublimitate sine ua
nitate. vñ carissime si prudenter piculū tuū
qđ de tpali mūdi honore incurris auerteres
ꝓculdubio a seculi uanitatibus te cohiberes.

De morte semper et ubiq; timenda et ex
pectanda. Ca. vi.

Emor esto qm̄ mors nō tardat. scribit᷑
ecc̄i. ꝙ multa bona ꝯferat homini me
ditatio et mēoria mortis. qđ in multis sacre
scripture locis declarat᷑. vñ ecc̄i. i. dicit᷑. Me-
morare nouissima et ineternū nō peccabis.
vbi berñ. ita ait. Sūma felicitas ē meditatio
mortis assidua. hāc homo secū ubiq; portet
et ineternū nō peccabit. Et aug. Nihil tam
sic reuocat a peccatis: sicut frequēs medita-
tio mortis. hec est enī illa que facit hominē

humiliare: oīa ꝯtēnere, et pnīam agere siue acceptare. Et hiero. Facile cōtemnit oīa qui se semp cogitat moriturū. nā cōcupiscentia oculoꝝ contēnitꝰ: qn̄ quis cogitat se tā breuiter omnia relicturū. ꝯcupiscētia carnis: qn̄ quis considerat ꝙ corpus suū ꝓpriū q̄si ī instanti erit cibus uermiū. supbia vite: dū hoc quis corde cogitat: ꝙ ille qui vult modo esse sup alios ponetꝰ in terrā subtus pedes oīm. utinā attenderēt oīs reges et principes de diuitiis abundātes in hoc mūdo: quō a tam amplis palaciis sunt deferēdi ad sepulchrū tā strictū. et a palaciis tā luminosis et fulgidis ad sepulchrū tā horridū et obscurum, et a palaciis pictis floribus et imaginibus ordinatis: ad sepulchrū tam fetidum. et a palaciis sic rebus oīibus refertis: ad sepulchrū tam indigens et egenū. et a palaciis filiis et famulis ordinatis: ad sepulchrum sic vacuū et sic filiis et famulis derelictū. O ubi est illa preterita pompa, ubi preterita gloria, ubi famuloꝝ sequentiū turba, ubi uestimenta illa tam fulgida, ubi cultura illa. nam qui paulo ante viuebat in deliciis in palacio: totus mā ducatꝰ a uermibus in sepulchro. Et innocentius. Heu fratres attēdite: ecce qui pauloante inclytus & diues residebat ī domo: ecce q̄

pauper iacet in tumulo: et qui gloriosus in-
cedebat ī aula: ecce q̄ deformis et despectus
iacet in tumba. et qui uescebatꝛ deliciis in ce
naculo: ecce ꝯsumitꝛ uermibus in sepulchro
De hac etiam memoria mortis sic scribit pe
trus damianus ad quandā comitissam. Pen
sandū sepe est cū iam peccatrix aīa vinculo
incipit carnis absolui: q̄ amaro timore cōcu
titur, quātis mordacis cōsentiente stimulis
laceratꝛ. recolit uetita que cōmisit: videt mā
data que negligenter implere contēpsit. do
let indulta pnīe tempa sese inaniter pcepis-
se: plorat īmobilem districte ultionis articu
lū ineuitabiliter īminere. satagit: exire com
pellitꝛ. reparare vult tpa perdita: sed nō au-
dietꝛ. post terga respiciens totiēs transacte vi
te cursum: uelut vnū breuissimi itineris de
putat passum. ante se oculos dirigit: et infi-
nite pennitatis spacia deprehēdit. plorat ita
qꝫ qꝛ in tā breui tempis spacio acquirere po
tuit omniū leticiā sanctoꝝ. deflet etiā se ꝓ-
pter tā breuis illecebre uoluptatis incurabi-
lem perpetue suauitatis amisisse dulcedinē
erubescit: quia ꝓptꝛ carnē que uermibus erit
obnoxia: animā neglexit que choris angeli
cis erit deferenda. iā radios mētis attollit et

cum diuitiarū immortalium contemplatur
eamq; propter huius vite inopiam se perdi
disse confundit᷑. Cunq; sub se reflectit ocu-
los ad huius mundi uallem, terre q; caligi-
nem. super se uero miratur iterum luminis
claritatē liquido deprehendit. quia nox erat
et tenebre qđ in hoc mūdo amauit. interea
oculi cōtabescūt et vertunt᷑ in capite. pectus
palpitat, raucū guttur anhelat paulatim, dē
tes nigrescūt: palescūt ora, membra cuncta
rigescūt, uene rumpunt᷑ in corde, cor scindi
tur in dolore. dū hec itaq; et huiusmodi tan
q̄ vicina morti precedētia famulant᷑ officia.
assunt oīa gesta simul et uerba, nec etiā ipse
cogitationes desunt: que omnia amarū ad-
uersus actorē reddunt testimoniū. coaceruā
tur cuncta ante respiciētis oculos, et qui cō-
spicere refugit: coactus et inuitus attendit.
adest preterea huic horrenda demonū tur-
ba: illic virtus angelica in illo, qui medius ē
liquide deprehendit cui ptinentie ipsa pos-
sessio iudicet᷑. nā si in eo pietatis inueniūtur
insignia visitationis angelice blandiciis deli-
nit᷑, atq; harmonice et melodie ne exeat ꝓ-
uocat᷑. qđ enī sinistre parti meritoꝝ nigre-
do et feditatis squalor adiudicet intolerabili

mox terrore concutit᷑ repentini impetus vi-
olentia pturbatur, precipitat᷑, inuadit᷑ ac de
misere carnis ergastulo violenter exire com
pellit᷑. tunc aīa uadit ad labia et interrogant
labia. quid vis o anima: respondet anima et
dicet: exire me oportet. dicūt ei: nō per nos
intrasti: nec p nos exibis. uadit ad aures: si-
militer. et ad nares: que rn̄dent sicut labia.
tandem ueniet ad oculos p quos exit. quia
ipsis intrauit. postea residet supra uerticē ca
pitis et circūspiciens huc et illuc: accipit ma
gnā tristitiā si est dānandi: dicēs ad seipsam
o tu maledicta anīa excōicati latronis, furis,
adulteri, fornicatoris, periuri, feneratoris. qn̄
sic circūspicit illa infelix aīa: videt uestē suā
quā habuit in fonte baptismatis candidā et
et immaculatā nigriorē pice et coruo. tunc
miserabiliter suspirat dicens cū horribili fle
tu et clamore. heu heu quis mutauit vestē
meā: nōne uestis mea cādidior erat niue et
mō immūdior ē pice et nigrior coruo. tunc
ei apparet diabolus ille qui eā seduxit & quē
ipsa secuta est in hoc mundo angelus sc3 sa
thanas dicens ei. Noli mirari anīa meā ego
sū qui prepaui tibi hanc uestē: s3 tu nō sola
es tali ueste induta; sed maior ps mūdi. tūc

dicit aīa. quis es tu. diabolus rn̄det: nonne ego iam tibi dixi quia ego sum qui prepaui tibi has uestes, et viā meā ostendi tibi: mihi quoq; in oībus obediuisti, et credidisti, et laborasti mecū, et om̄e ꝯsilium meū fecisti. et ideo habitabis mecū in regno: ubi tristitia sine letitia, ubi fames sine cibo, ubi sitis sine potu, ubi tenebre sine luce, ubi fetor sine bono odore, ubi dolor sine solacio, ubi plāctus sine remedio, ubi fletus sine interuallo, ubi clamor sine silētio, ululatus sine modulātia, ubi ignis inextinguibilis sine refrigerio, ubi uentus ualidus sine trāquillitate, ubi frigus sine medio, ubi calor sine termino, ubi om̄e malū sine omni bono. O amica surge ueni mecū: ecce angeli inferi ueniūt obuiam tibi et cantabūt tibi carmē doloris et tristitie: cā ticū amarū ualde. Tunc etiā apparebit ei angelus dei cui ipsa fuit cōmissa a deo et dicet Beati qui vitant hanc in mūdo uestem turpissimā. O q̄ infelix es amica diaboli. o maledicta creatura: que a deo omnipotenti es maledicta. tecū fui et nō vidisti me. docui te et noluisti intelligere me. consului te et noluisti audire me. uade ergo in manus demonū, et uade in locum tormentorꝝ qui patus

nescis etiā quid tibi post mortem sequitur. noli ɔfidere sup amicos et ꝓximos. quia citius obliuiscent̃ tui q̃ estimas. si nō es sollicitus ꝑ teipso modo: quis erit sollicitus in futuro. melius est nūc tempestiue ꝓuidere, et aliquid boni ꝓmittere: q̃ sup aliorꝝ auxilio sperare. dum tempus habes congrega diuitias immortales elemosinarū largitione: fac nūc amicos tibi uenerādos dei sanctos et cū benefeceris in hac vita: recipient te in eterna tabernacula. vnde greg. Curandū nobis est, et cū magnis quotidie fletibus cogitādū q̃ seuus sua in nobis opera requiret: in die nostri exitus p̄nceps huius mundi dum ueniet. et bernar. Quis erit pauor ille o anima mea: cum dimissis omnibus quorꝝ ē tibi iocunda tam presentia: tam gratus aspectus. sola penitus incognitā regionē ingrediaris: et occursantia tibi cateruatim irruere cornua: illa monstra videbis. quis in die tāte necessitatis occurret: quis tenebit̃ a rugiētibus preparatis ad escā: quis consolabit̃: quis deducet: sed occurrent vtiq; animabus iustorꝝ angeli sancti demones arcendo ne illas exeuntes impediāt: ac ipsas cū gaudio in celos

deferendo. Vnde de animarũ iniquarũ trã ſitu dicit bernardus. ꝙ illis horror in exitu, in tranſitu pudor, et in cõſpectu glorie magni dei confuſio. vnde ĩ pſalmo. Mors peccatorꝝ peſſima. mala in amiſſione mũdi: peior in corporis et anime ſeparatione: peſſima in uermis cõpunctione, et ignis cõcrematione. et quod omniũ peſſimũ eſt in diuine cõtemplationis ſeparatiõe. Conſidera ergo cariſſime frequenter ꝙ mors nõ põt declinari hora mortis non poteſt inueſtigari. tempus a deo preordinatũ nõ poteſt mutari: cũ vita ſecura optat᷑ et cum deuotione acceptat᷑. bona ſiquidem eſt mors iuſti ꝑpter requiẽ: melior propter nouitatem: optima propter ſecuritatem.

De gaudiis padiſi et penis inferni q̃ notare debet omnis pctõr. Ca. vii.

Culus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit que prepauit dominus his qui diligũt eum. prima ad corintheos. v. O anima peccatrix et miſera ut tibi iam vileſcant omnia que ſunt in terris.

220

attende diligenter que et quāta sint que p̄parantᷣ electis dei in celis. Vnde sciendū est ꝙ tot et tanta sunt in celis gaudia: ꝙ omēs arithmetici non possunt numeris euacuare, uel calculare. omēs geometrici nō possunt eadem mensurare. omīs grāmatici, dialectici, ac rhetorici nō possunt eaipsa sermōibus explicare. quia oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit ꝛc̄. Gaudebunt quippe omīs sancti supra se de dei visione. infra se: de celi et aliarū creaturarū spiritualium pulchritudine. intra se: de corpis glorificatione. iuxta se: de angeloꝝ et hominū associatione. Anselmus quippe ponit septem dona aīe que iusti habebunt ī celestis patrie beatitudine. Et p̄mo ponit bona corporis: que sunt puchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas, et eternitas instoꝝ. dicit ergo in illa vita iustoꝝ pulchritudo: solis pulchritudine septēplicitᷣ q̄ modo sit speciosior adequabitᷣ. qđ testatᷣ scriptura dicens. Fulgebunt iusti sicut sol ī regno patris eoꝝ. uelocitas tanta eosdē comitabitᷣ ut ipsis angelis dei eque similes simus, qui a celis ad terras: et a terris in celum digito

citius dilabunt̃. huius quoq; uelocitatis exẽplum in radio solis solet intueri: qui statim orto iam sole in plaga orientali ptingit ultimum plage occidentalis ut in hoc spem demus nõ esse impossibile quod de nostra dicimus uelocitate futura: cum in rebus animatis soleat esse maior uelocitas q̃ in inanimatis et fortitudine seu viribus preualebũt, quicunq; scilicet meruerũt supernis ciuibus sociari: intantum ut nullatenus illis obsistere quicunq; ualeat, uel si mouendo uel euertẽdo uoluerint: q̄d a suo statu quomodocũq; diuertere nõ ilico cedat, nec in eo quod dicimus maiori conatu laborabunt q̃ nos modo in motu oculoꝝ nostrorũ: ne queso excedat anime q̃ adipiscit̃ angeloꝝ similitudo q̃tenus si hoc cui his que dicturi sumus aliud exẽplum nõ occurrit: ipsa occurrat, atq; in quibus angelis valere constiterit: etiã nos ualere probet et asserat. quicũq; ergo fuerit angelorum similitudinẽ assecuti: eorũq; securitatem et libertatem necessario assequantur. Itaq; sicut angelis nihil obsistat nec aliquid eos impedire uel constringere potest: quin ꝑ uelle suo cũcta liberrime penetrent:

ita nõ erit obstaculum vnũ qđ nos retardet nec clausura que nos detineat, nec elemẽtũ quod nos uelle parum obsistat. De sanitate quid melius poterit q̃ quod prestabũt. salus inquies iustorum a domino. quibus aũt fue rit uera salus que subire poterit infirmitas, credere et incunctanter astruere licet sanita tem vite future: ita ingenuã et incõmutabi lem ac immobilem fore: ut ineffabili quadã atq; sensibili sanitatis dulcedine: totũ homi nem repleat: et omne quod alicuius vicissi tudinis, mutabilitatis aut lesionis suspitionẽ pretendere queat, ꝓcul arceat atq; repellat. In illa futura vita inestimabilis quedam uo luptas bonos ĩebriat: et dulcedine sui totos eos inestimabili ex mũdana saciabit. quid di xi totos oculos, aures, nares, os, manus, pe des, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medulle. exta etiã ipsa et cũcta sigillatĩ singula queq; mẽbra eoꝝ in cõi tã inestimabili et innume rabili dilectiõis & dulcedinis sensu replebũt ut uere totus hõ torrente uoluptatis dei po tet, ac ubertate dom⁹ dei inebriet. qui ergo bona hec fuerit adeptus ñ intelligo ad quid sui ꝓ incomodo ulterius porrigat affectus.

Septimo aderunt eis quos cūctos appetere dicimus diuturnitas vite: sed ista que penni tas dicit' illis deerit minime. quia iusti ī eternū viuent. sunt etiā alia quedam his que di gessimns adiicienda que nōminus amātur, sed ad animā: sicut illa ad corpus referūtur que nihilominus in numero septenario cōstituta nō modicū placēt menti que ipsoꝝ sapore fuerit imbuta. Sunt aūt hec amicicia sapiencia, concordia, ptās, honor, securitas, et gaudiū. Sapientia ergo tanta in futura vita bonis erit: ut eoꝝ que scire uoluerint nihil sit qđ ignorent. scient enī cuncta que sciēda sunt. scit enī deus tā ea preterita ꝗ futura tanꝗ presentia. Ibi a singulis omnes ab omnibus singuli cognoscunt', nec quenꝗ illorum latebit omnino qua patria, qua gēte, qua stirpe quis editus fuerit, uel quid ī vita fecerit. Amicicia tantū singulorum intima gratia singulos suo feruore complebit vt cuiusq; amor in quenꝗ sufficiat cuiq;: pſertim cum omnes sint vnū corpus christi, et christus qui ē pax ipsa sit omniū caput. nec minori affectu compleantur ꝗ membra vnius corpis sibi inuicem copulant'. amabis ergo omēs ut teipsum. amaberis ab omnibus ut

ipsi a se putas abundans eris in dilectione/
quō hoc tibi fuit in possessione. attamē ipse
transi et cōtemplare eū p quē hec tibi omīa
ꝑuenire percipies. quia plus q̄ teipm̄ ineffa
bili quadā suauitate ipsum amabis. sic itaq̄
tanta erit concordia: ut in nullo senties ali-
quē discrepare ab eo quod te ꝯstiterit uelle:
corpus vnū erimus/anima vna erimus. spō
sa christi erimus: quicūq̄ erimus ibi. Nō er
go maior discordia inter nos erit: q̄ nūc in-
ter vnius corpis membra. Verū sicut vides
in motu oculoꝝ ꝙ illuc quo vnus uertitur:
mox alius sequit᷑. ita quocūq̄ uelle tuū con
uerteris: uelle omniū sine discrepatione tibi
illico presto habebis. quid dixi oīm ipsa vo-
luntas dei nō deerit a tua diuersa: sed sicut
tu: quod ille. ita et ille in cūctis quod tu. ca-
put nāq̄ quomodo a suo corpe discreparet
cū itaq̄ deum et omnes uoluntati tue con-
cordes habueris. profecto nil uoles: qđ non
possis. omnipotens ergo erit uoluntati tue:
quoniā ipsum omnipotentē habebis/in om
nibus concordantē uoluntati tue. itaq̄ cum
hec tibi tanta potestas affuerit: honor decēs
potestati minime deerit. dum igit᷑ possessio
ne bonoꝝ q̄ digessimus felix fueris: nonne

ſufficiens tibi videberis maxime inquiens.
Itaq; cū ipſa vita perpetuo duret: in vita illa
et hec oīa tibi habenti: ſecuritas illa ampliuſ
nō perpēdi certa arriſerit: obſecro quid eſti
mas tibi erit. Securus ergo tantoꝝ bonorū
perpetuo eris, nec alicuius tibi aduerſarii vi
olentū incurſum timebis. pōt ne ergo illius
gaudii modus a quocūq; homine penetrari
cū ultra mille millia, et decies millies, cētena
millia innumerabiles ibi ſint, et oms eadem
beatitudine perfruant: necvllus eoꝝ ſit qui
non tm̄ de bonis alterius gaudet: q̄ de ſuo.
Preterea videntes ipſum deū quē ipſi ſupra
ſe amabūt ipſos amantē et intelligentē mi-
rabiliter pluſq̄ ſemetipſos illos amantem in
gloria eius mira et ineffabili exultatione ex-
ultabunt. Cum ergo iuſti fuerint tanta feli-
citate beati: reſtat ut iniuſti p ꝯtrariū ſint in
eſtimabili quadā infelicitate miſeri. ſicut enī
iuſtos miſericordia, pulchritudo, uelocitas,
fortitudo, libertas, ſanitas, uoluptas: alacres
et iubilantes faciet: ita et iniuſtos ineſtimabi
lis feditas, tarditaſ, imbecillitas, fremitus, lan
guor atq; dolor mētes reddat eorū eiulātes
Sane diuturnitatem vite quā iuſti ꝑ uouē-
dis bonis ſummope cōplectent, iniuſti pro

interminabili pena qua torquebunt᷑. qm̄ in
erit illis qui summo odio execrabunt᷑. De
sapientia vero quid dicā. quia sic̄ iustus erit ī
gaudiū & honorē: ita et iniusti quicquid sci-
ent: erit in merorē et ꝯfusionē. amicitia aūt
qua inuicē pii summa iocunditate copulant᷑
si qua ī impiis erit in tormētis illis erit. quo
enī magis quisqꝫ amabunt: eo magis ī eoꝝ
pena dolebunt. discordiā habebūt cū omni
creatura, et oīs creatura discordabit cū illis.
hinc ergo ꝑ ꝑtāte bonorū tāta imposita erit
et eos sequit᷑ ut oīno nihil eorū que uolue-
rīt possint, et quicquid habuerīt nolint. Igit᷑
ꝑ honore sanctoꝝ obtinebūt penne obpro
briū, et hoc sine fine claudent᷑. vnde sic̄ ami
ci dei securi erūt se nunquā amissuros bona
sua: ita isti inimici dei omīno desperabūt se
amplius iam ꝑdituros hec mala. pro eterno
ergo et īeffabili gaudio bonorū hereditabūt
incogitabilē tristitiā oīs que ꝑ implenitudi
ne creati transituri sunt ī societatē demonū
hec anselmus. In illa ergo futura beatitudi-
ne ut dicit btūs augu. deus oīs sensus bea
torū spūali et ineffabili delectatione reficiet
cum ipse omniū sensuū sit obiectū. futuris
erit nanqꝫ deus speculū visui, citara auditui

uel gustui: balsamum olfactui: flos tactui. quia ꝑterea homo factus est: ut totū hominē in se beatificaret: ut sensus interior ī cōtemplatione hūanitatis. et breuiter scđm augusti. et grego. tanta ē ibi pulchritudo iustitie, tanta iocunditas lucis eterne, ut etiam si nō liceret in ea amplius viuere seu manere quantū vnius diei mora est. ꝓpter hoc īnumerabiles huius vite dies pleni deliciis et circūfluentia tempaliū bonoꝝ merito, recteq́ꝫ cōtemnent᷑. non enī falso aut paruo affectu dictū est: ꝙ melior est dies vna in atriis tuis sup milia. bernar. Quis in hac vita pensare pōt quāta sit illa felicitas beatoꝝ videre deū viuere cū deo, de deo esse qui erit oīa ī omnibus. hr̄e deū qui est summū bonū, et ubi est summū bonū, ubi ē summa felicitas, sūma iocūditas, uera libertas, perfecta caritas, eterna societas et securitas eterna. augus. O gaudiū sup gaudiū: videre deū qui fecit eū qui saluauit eum, qui glorificauit eū: videre faciem dei sui quod est summū bonū, gaudium angeloꝝ, atq́ꝫ omniū sanctoꝝ. Nunquid deus scđm grego. tā inestimabilis pulchritudinis est ut angeli qui solem septēpliciter sua vincūt pulchritudine: iugiter in eū

ſatiabiliter deſiderant ꝑſpicere. Item augustinus. nulla īſurget malicia: nulla carnis miſeria, nulla iam peccandi volūtas, nec delinquendi poteſtas: ſed totū exultatio, totū letitia: hec poſſidebunt homines angelis ſociati. O anima mea iam audiſti quanta ſint iuſtoꝝ gaudia: q̄ grandis letitia: quāta ſerenitas: quāta iocunditas illius ſuperne ciuitatis. O felix iocūditas. o iocunda felicitas: ſanctos videre, deū habere ineternū ꝛc̄. Si nos quotidie oporteret tormēta perferre: ſi ipſā gehēnam longo tempe tolerare: ut chriſtū videre in ſua gloria videre poſſemus, et ſanctis eius ſociari. nōne dignū erat pati omne qđ triſte eſt ut tāte glorie, tantiq; boni participes haberemur. Quapropter anima mea a turba terrenoꝝ deſideriorū ſeceſſum mētis petamus. et īde a ſecreto cordis illicitarū cogitationū tumultus expellentis ſupne patrie in amorē intime quietis anhelantes: reuertamur ad ciuitatē celeſtem in qua ſcp̄ti ſumus et ciues decreti. ſicut ergo ciues ſanctorū et domeſtici dei, et ſicut heredes dei: coheredes aūt chriſti ut ad eum cito peruenire ualeamus. Si queramus quomō hoc fieri poteſt, uel quibus mediis, uel auxiliis.

audi: res ista posita est in uoluntate faciētis quoniā regnū celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. nō enī querit aliud pciū q̄ teipsum. illi ergo quantū es te da et habebis illud. Quid de turbarū precio christus se ipsum tradidit ut acquireret regnū deo patri da te illi ut regnū eius sit in te: ac non regnet peccatū in tuo mortali corpe: sed spiritus in acquisitione vite. O anima peccatrix et misera si hec que iā dixi de gaudiis et excellentiis quibus sancti et electi dei ineternū gaudebunt in regnū celorū nō te moueant ad pmerendum p pnīam, et p opera virtuosa cū gratia dei regnū celeste: timeas et paueas, atq; timendo considera miserabiles cōditiones et penalitates inferni ciuitatis diaboli ut timore et pauore resurgas et cōuertaris ad dominū deum tuū toto corde. De quibus sciendū q cū damnatis sit diuersitas peccatorū: ita erit diuersitas penarū. vñ grego. Vnus quidē ignis gehenne ē credēdus sed nō vno modo exurit oēs peccatores. vnusquisq; enī quantū exigit culpa: tātum sentiet de pena. sicut ab eodē igne alit̃ vrit̃ palea, aliter lignū, et aliter ferrum. Iste ignis

taliter inflammatus est ab ira iudicis succen
sus: q̄ nouo incendio non indigebit usq; in
sempiternum. Iob. xxi. Deuorabit eos ignis
qui nō succendet̄. De acerbitate huius ignis
dicit beatus sebastianus cui angelus ad aurē
stabat: q̄ iste ignis sensibilis ita se habet ad
gehennalem ignē: sicut ignis in pariete de-
pictus ad istū sensibilem. Et isidorus ait. In
inferno erit aliquid obscuri luminis quo dā
nati videre possint ut doleant: nō vñ letent̄
eos quippe quos reprobi nūc inordinate di
ligunt: secū tunc in tormentis videbunt ut
penā ꝓprie conditionis exaggerent carnalis
cognatio auctori preposita pari ante oculos
ultione dānata. Hic solet queri an dānati
videant gloriā sanctoꝝ. Ad quod respōdet
grego. in omelia de diuite epulone dicens.
Credendū ē q̄ ante retributionē extremi iu
dicii iniusti quosdā iustos ī requie respiciūt,
et eos videntes in gaudio nō solū de suppli
cio: sed etiā de aliorum bono crucianť. iusti
aūt semp vident iniustos in tormētis ut hic
eorū gaudiū crescat. quia malū ꝯspiciūt: qđ
misericordiť euaserūt. tantoq; maiores crea
tori suo gratias referāt: quāto vident ī aliis

ꝙ ipſi perpeti(ſi eſſent relicti)potuiſſent. Et ut idem alibi ait. Nō fruſtrabit beatitudinē iuſtorum aperta pena reproboꝝ. quoniam ibi iam compaſſio miſerie nō erit beatorum et eorū minuere letitiā non ualebit. et ſi enī in natura ſue bonitatis miſericordiā habent iam tunc auctoris ſui iuſtitie cōiuncti tanta rectitudine coniūgentur: ut nulla ad reprobos compaſſione moueantꝰ. Et addit ꝓſper ꝙ tunc filiorum/parentū/ et coniugū miſeria beatos contriſtare non poterit. videbunt aūt damnati beatos ante iudicii diē: nō hoc modo ꝙ gloriam eorū qualis ſit agnoſcant ſed ſolummodo cognoſcent eos eſſe in quadam ineſtimabili gloria ex hoc cruciabūtur tñ ꝑpter inuidiā dolentes de felicitate beatorū qua viſiōe priuabuntꝰ. nec tñ ex hoc eorū pena minuetꝰ: ſed augebitꝰ. quia ī memoriā habebunt gloriam beatoꝝ quā ī iudicio uel ante iudiciū viderūt: et hoc erit eis ī tormētum. ſed ulterius affligentur in hoc ꝙ videbunt ſe indignos reputari: etiam videre gloriam ſuam quam ſancti vident. Item ſolet queri an damnati videant ea que in hoc mundo aguntꝰ. Ad hoc reſpondet grego. in ſcđo libro moralium ꝑtractās illud Iob. ix.

Si nobiles fuerint filii eius siue ignobiles nō intelligūt. si hi qui adhuc viuētes sunt mortuorꝫ aīe quo loco habeantᷣ ignorant. ita in ea cui vita in carne viuentiū post eos qualitᷣ disponuntᷣ nesciunt. quia vita spiritus lōge est a vita carnis: qđ de aīabus sanctis sciendū est. quia q̄ intus omnipotētis claritatem vident: nullo mō credendū est: quia sint foris aliq̄ que ignorent. boni ergo vident que fiunt citra eos: mali aūt nō. Et si dicas: magis distat damnatis gloria iustorꝫ q̄ ea que ī mundo aguntᷣ. sed ipsi nō vident ea que circa nos aguntᷣ: ergo multominus pn̄t videre gloriā beatorꝫ. Dico ea que hic aguntᷣ non ita affligerent damnatos in inferno si viderentᷣ sicut sanctorꝫ gloria inspecta. vnde nō ita ostenduntᷣ damnatis ea que hic agūtur: ostenduntᷣ aūt eis ea que in eis tristitiā augere pn̄t: licet ꝑ se nō videant. Item queritᷣ an damnati vellent ī inferno oēs alios esse damnatos. Ad hoc dico ꝙ sicᷣ sanctis in patria erit ꝑfectissima caritas: ita in damnatis erit ꝑfectissimū odiū. vñ sicut sancti gaudebūt de oībus bonis: ita mali de oībus bonis dolebūt. vñ felicitas sctōrꝫ ab illis ꝯsiderata eos maxime affligit: ideo uellēt oēs beatos

esse damnatos. tāta enī eorꝝ erit inuidia: ꝙ etiā ꝓpinquorꝝ suorꝝ glorie inuidebūt cum ipsi ī miseria summa sint. et etiā in hac vita hoc accidat crescēte īuidia: sed tn̄ minus inuident ꝓpinquis q̄ aliis. et maior ē eorꝝ pena si oīs ꝓpinqui damnarent᷑ et alii saluarent᷑: q̄ ꝙ aliquis de suis ꝓpinquis saluaret᷑. Exemplū ē ꝙ diues petiit fratres suos a dānatione eripi. sciebat enī ꝙ aliqui eriperent᷑ maluisset tn̄ frēs suos non cū aliis damnari. Et scias ꝙ q̄uis ex damnatorꝝ multitudine pena singulorꝝ augeat᷑ tantū: tn̄ supcrescit odiū et inuidia eorꝝ ꝙ magis eligunt torq̄ri cū multis q̄ cū vno solo. Queri etiā solet an mortui maxime damnati sciēt uel recordent᷑ eorꝝ que sciuerūt. Ad hoc dico ꝙ ī dānatis erit ꝯsideratio eorꝝ q̄ prius sciuerūt ut causa materialis tristitie: nō aūt ut delectationis cā. ꝯsiderabūt enī et mala que gesserūt ex quibus dānati sunt, et bona q̄ amiserunt et ex utroqꝫ torquebūt᷑. Preterea scias ꝙ duplex pena ī inferno erit: pena dāni, et pena sensus. q̄s tangit christus math. vii. ubi dic̄. Omnis arbor que nō facit fructū excidet᷑, et in ignē mittet᷑. De pena sensus que multiplex est: sic dicit greg. super illud mat. viii. Eiicient᷑ in tenebras exteriores. In inferno

227

erit frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, uermis imortalis, fetor intolerabilis, tenebre palpabiles, flagella cedentiū, horrida visio demonū, confusio pctōꝝ, et desperatio omniū bonoꝝ. itaqꝫ dānati pleni erūt omni tristitia et dolore. habebūt enī fletū in oculis stridorē in dentibus, fetorē in naribus, gemitū in uocibus, terrorē in auribus, vincula in manibus et pedibus, ignē et ardorē in membris suis omnibus. vñ quidā ait. Infernus in fouea mortifera penis omnibus et miseriis referta ibi. ut scribitur isaie. xiii. Vnusquisqꝫ ad ꝓximū suū stupebit, facies cōbuste vultꝰ eoꝝ. et baruth. ii. Nigre sunt facies eorum a fumo. nā oīs vultus pctōꝝ redigētur in ollam. ut habetꝛ iohelis. ii. Item acerbitas penarū infernaliū pōt ꝯsiderari ex fletu et stridore dentiū, ex desiderio mortis, ex manducatione linguarū, et blasphemia creatoris et ex silibus aliis his que oīa sunt uētura ibidē ut ptꝫ ex uariis locis scripturarū. vñ apoca. xix. Comederūt linguas suas p̄ nimio dolore, et blasphemauerūt deū celi p̄ doloribus, et vulneribus suis. tanta erit acerbitas penarū qꝫ pctōres vita (quā oīs appetūt) spreta, et cōtempta: mortē (quā oīs fugiūt) ardenti desiderio affectabunt. apoca. ix. In diebus

illis querent hoies mortē et nō inuenient eā. desiderabūt mori: et mors fugiet ab eis. Et criso. Ibi quid agemus: quid respōdebimus nihil erit ibi nisi stridor dentiū, nisi ululatus et fletus et fera pnīa, cessantibus vndiqȝ auxiliis, et inualescentibus vndiqȝ penis: sȝ nec solacium quidē usqȝquaqȝ. Ibi enī nulli occurrēt oculis nr̄is nisi solū penarū mīstri, et facies vndiqȝ tortorꝝ. et qđ est deterius oīm nec aeris ipsius ullum erit solaciū, aut lucis. In his aut positis quis tremor: īmo que reuolutio viscerū est diuulsioqȝ mēbrorꝝ: que quales aut quāte oībus sensibus cruces: nullus poterit hūc sermonē explicare. De pena damni sic dicit crisos. Nōnulli impitorū putabūt scȝ esse satis et optabile videri si gehēna tantūmodo careāt. ego aūt multomagis grauiores q̄ gehennā dico esse cruciatus et remoueri & abiici, et ab illa gr̄a excludi ab illis bonis que prepata sunt sanctis: intolerabiliusqȝ et grauius ē suppliciū illud. horribile tn̄ simile aliquis ponat gehennas: nihil tale dicturus ē quale ē ab illius glorie iocunditate ꝑpelli. odio christi hr̄i, et ab illo audire: n̄ noui uos. etenī decē milibus melius ē sustinere fulmina: q̄ illū mansuetudinis, pietatisqȝ plenū nobis aduersātē videre. et illos

totius tranquillitatis oculos in quenq̄ nos aspicere sustinere: si nequaq̄ istud patimur. O benigne fili dei neq3 experiamur intolerabile illud horrendū suppliciū. hec criso. Ve nobis qui de his malis nō cogitamus: s3 q̄si securi torpentes, et aīe curā negligentes ad hec sine cessatione ꝑperamus. Sed dicet forte aliquis. videt᷑ ꝙ iniustus est deus. quia homo ꝑ mortali pctō vna hora ꝑpetrato eternaliter punit᷑. Hanc questionē mouet greg. et soluit sic. Scire inquit uel quō iustum sit ut culpa q̄ cū fine ꝑpetrata est: sine fine puniat᷑. Et rn̄det gre. hoc recte diceret᷑ si districtus iudex nō corda hominū: sed uerba pēsaret. iniqui enī sine fine delinquerēt: si sine fine viuerēt. nā uoluissent si potuissent sine fine peccare. ostendunt enī ꝙ in pctō semp viuere cupiunt: qui nunq̄ desinūt peccare. ad magnā ergo iustitiā iudicantis ꝑtinet: ut nunq̄ careant supplicio: qui in hac vita nūq̄ uoluerūt carere pctō. et nullus detur iniquo terminus ultionis: qui q̄diu vixit nullū uoluit habere termiuū criminis. Alia ratio q̄re peccatū mortale obligat ad eternā penā potest sumi ex pte eius in quē peccat᷑, qui est infinite bonitatis et potentie sc3 deus. vnde

q̄re punit᷑ ho eternal᷑

et offensa ipsius infinita pena digna ē. quia
quanto est maior in quē peccatᷓ: tanto ma-
gis pctm̄ punitᷓ scdm aristo. vii. ethic̄. Et cri
sost. dicit. Omnis iniuria talis est: q̄lis fuerit
psona cui fit iniuria. in magna tn̄ psona et
si modica fuerit iniuria: ipsa est magna. in
modica tn̄ psona et si magna iniuria facta
fuerit: modica esse videtᷓ. Hec oīa dilectissi-
me vide cognoscens, et corde iugiter reco-
lens: esto sollicitus de salute tua et eternum
istud crudele infernale supplicium respice.
considera in temetipso que sunt utilia et sa
lubria aīe tue. Quid est melius in pn̄ti secu-
lo p peccatis plangere, et penitus crebrius
obsecrare: q̄ in ignē eternū sine aliqua vtili-
tate deflere. in hoc enī breui tempe p peni-
tentiā et lachrymas indulgentiā et consola
tionē mereberis. plange ergo hic modicum
ne plangas ibi in secula seculorꝝ. humiliare
hic: ne ibi humilieris ī exterioribus tenebris
et mittaris in ignē inextinguibilem. beatus
ille qui hic positus festinat in die iudicii di-
gnus inueniri. miserabilis uero qui peccan-
do se indignū a gloria dn̄i constituerit ī illa
hora. nubes recipient om̄es sanctos sursum
in celum: impios aūt diaboli rapiūt mitten-

-tes in caminum ignis ardentes,

(voir, la fin dans l'Œ 737 au recto du dernier f°)
XV

Expectare potes nisi bonum post pira potes. &c

[illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Doucet

[illegible] Chambre

1586 1583

Le lundi xviij^me 10^e de janvier mvc xxxiij trente
et quatre mourut honnorable homme [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
a dire la messe s^t Lambert

pri[illegible] ix

+ [illegible]

[illegible] est [illegible]

[illegible]